

De - us in ad - ju - tó - ri - um me - um in - téñ - de: *

Ps. 69

Dó - mi - ne ad ad - ju - ván - dum me fe - stí - na.

Confundántur et revereántur, * qui quérunt ánimam meam.
 Avertántur retrórsum, et erubéscant, * qui volunt mihi mala.
 Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi : Euge, euge.
 Exsúltent et laeténtur in te omnes qui quérunt te : * et dicant
 semper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt salutáre tuum.
 Ego vero egénus et pauper sum : * Deus áduja me.
 Adjútor meus et liberátor meus es tu : * Dómine ne moréris.
 Glória Patrí. — Sicut erat.

- ℣). Salvos fac servos tuos. ℥). Deus meus sperántes in te.
- ℣). Esto nobis Dómine turris fortitúdinis. ℥). A facie inimíci.
- ℣). Nihil proficiát inimícus in nobis.
- ℟). Et fílius iniquitatis non appónat nocére nobis.
- ℣). Dómine, non secúndum peccáta nostra fáciás nobis.
- ℟). Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.
- ℣). Orémus pro Pontifice nostro ℥).
- ℟). Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, † et beátum fáciat eum in terra, * et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.
- ℣). Orémus pro benefactóribus nostrís.
- ℟). Retribúere dignáre Dómine, † ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, * vitam ætérnam. Amen.
- ℣). Orémus pro fidélibus defúnctis.
- ℟). Réquiem ætérnam dona eis Dómine, * et lux perpétua lúceat eis.
- ℣). Requiéscant in pace ℥). Amen.
- ℣). Pro frátribus nostris abséntibus.
- ℟). Salvos fac servos tuos * Deus meus, sperántes in te.
- ℣). Mitte eis Domine auxílium de sancto.
- ℟). Et de Sion tuére eos.
- ℣). Dómine exáudi orationem meam.
- ℟). Et clamor meus ad te véniat.
- ℣). Domínus vobíscum.
- ℟). Et cum spíritu tuo.

Post Orationes.

- ℣). Dóminus vobíscum. ℥) Et cum spíritu tuo.